Quelle: https://manuscripta.at/?ID=365
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

ligentius inquisita si ita esse constiterit p ut
superius narratum est predictam ecclesiam
plibato R. ap. cess. penitus abiudicetis et
ei super eiusdem repeticione perpetuum
nostra auctoritate imponatis silentium
si autem ea que predictus alr se habuit et de
iam dicta ecclesia necessaria uite compe
tenter percepit habere uos illi ecclesiam de He
walt nulla ap. obstante sicut diximus
a in perpetuum abiudicetis. et ab eius re
peticione faciatis omnino cessare. ita
tamen quod ecclesia de bradfelde per coniunctionem
factam eorum debeat in pace tenere. Et
si sustentationem non percipit conuenientem
eorum habere a supradicto abbate et fratribus de aro
sia aliquod beneficium addatur a quo cum ipsa
ecclesia de bratfelde necessaria competenter
percipere percipere. Ecclesia uero de bratfelde in
iam dicti abbatis et fratrum illius manibus que
diximus adimpleta uestra parte permaneat
sicut hactenus noscitur extitisse. Et quoniam se
pe fatus sacerdos clericum quendam dicitur
uerberasse uolumus et mandamus ut si ita
non nescitis esse cum non per apostolicam se
dem postea fuit absolutus dilatione et ap.
cess. eum excommunicatum denuntietis
et ab aliis faciatis sicut excommunicatum
uitari donec iniuriam passo congrue satis
faciat et ad nos uestris satisfacturus ueni
at ita quod super hac causa a nobis audien
198 tia ei non prestetur intimi

Significatum est nobis quod cum inter Willelmum
Scarracenum et G. clericum iurgia mota
fuissent prefatus G. comminando sub te
stimonio presumpsit asserere quod operam
daret quod ad uitam ipsius insidias ponentur
insidie. Cum autem idem Will. in eundem anno
accitus uulneratus diem clausisset extremum

non nulli arbitrantur eum memoratum G. uul
neris causam ipsius fuisse. Unde quoniam idem
G. super hoc publica laborasse infamia
nos proinde nolentes ne uel inocens con
dempnetur uel nocens inpunitus maneat
. d. t. p. a. s. m. quatenus si predictus G. pro ido
neas coram uobis legittime personas con
uinci non potuit et super publica labo
rat infamia ei contradictione et ap. cess.
purgationem canonicam inponatis
in qua si defecerit aut si exinde coram
uobis ordine iudiciario conuinci potuerit
sublato appellationis remedio ipsum a mi
nisterio altaris perpetuo suspendatis et
beneficio ecclesie nostra auctoritate spo
199 lietis

Ex transmissa nobis questione R. t. w. p.
n. clericorum accepimus querimoniam. quod cum
super quibusdam decimis piscationum
maris quas ipsorum ecclesia non solum a xl.
retro annis. uerum etiam a fundatore eius usque
adhuc tempora continue tenuisse contra walnel
archidiaconum litteras apostolicas inpetrassent
idem archidiaconus ab eisdem secutus cum
quibusdam a nobis postea obtentis aduena
bilem fratrem nostrum cantuariensem archi
episcopum accessit qui eos ad arciorem diem
quam a predictis iudicibus ipsis et prenomina
to archidiacono prefixerat fuerat ad suam euo
cauit presentiam. Cumque utraque pars sub
eius examine posita disceptasset pre
nominati clerici exceptionem prioris commis
sionis ponentes ad nostram presentiam
appellauerunt. Quoniam igitur de rei ueritate non
constitit cum acta processum nec per se nec
per alterum nobis occurrens appellationi sit prose
cuta. tamen ipsam experientie uestre duximus com
mittendam. d. t. p. a. s. m. quatenus cum